Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25944
Copyright: Admont, Benediktinerstift



nisse. licet ambos tradere defensori eccle. vel alius elicis pietatis separatim ostendos. donec iudici innotescere fecerit. ille secundum leges personas acceptas et causam discusserit. Pandectarum lib. De his qui iudicio se sistunt promittunt et ualitudine uel tempestate uel ui fluminis prohibentur. et de aliis exceptionib. et de pactis turpe causam continentib. non obseruandis. et de pactis contra iuscetum bonum uentis. quia rata non sunt. de his et quia nuptias uel sponsalia constituunt cum ea quam uxorem ducere non possunt quia notari s. Si qis iudicio se sistit phibitus et ualitudine uel tempestate uel ui fluminis prohibitus non uenit non possit exceptione adiuuatur.

I Tempestate quid dicimus succurrit ei et quia tempestate uel ui fluminis prohibitus non uenit tempestate sic intelligere debemus siue maritima siue terrestris sit tempestate debemus intelligere tale que impedimento sit itineri uel nauigationi uis fluminis et sin tempestate accipienda est. Vim fluminis intelligimus. et si magnitudo ei impedimento sit siue pons solutus sit. uel nauigii non stetit. Si qis tum cum possit in mei de intempestate uel ui fluminis uim. si antea profectus esset uel tempore opportuno nauigasset. ipse se artauit nunquid exceptio ei minime prosit. Quia de causa constituta erit statuendum. Nam neque sic artandum erit. ut possit edici. cur non multo tempore antea profectus est quam dies promissionis ueniret. neque tam pro mittendum est ea si quis sit quia impute tempestatem causari tempestate uel ui fluminis. Quid enim si qis cum rome esset ipso tempore promissionis sistendi. et nulla necessitate urgente. uoluntatis causa in municipium profectus sit. Nonne indignum est cum hec exceptio patiatur. dum quia si tempestas quidem in mari fuit. tamen ipse potuit uenire uel flumen transire et quia dicendum. Non semper ex exceptione predicte in angustie non patiebantur. tempestate meari. et transire eum tum et flumen sic habundasset ut impleret omnem locum in quo sisti oportuit. et aliquo fortuita calamitas eundem locum eximit. et presentia uenienti pietosa fere ex bono et equo hec exceptio ei accomodanda est. Similiter exceptio datur ei. quia cum ad iudicium uenire uolebat a magistratu retentus est et retentus sine malo dolo ipsius. nam si ipse hoc affectauit et causam prestitit non ei predicta exceptio. si ipse quidem dolo obtinuit. certum non obtinuit quia malo dolo fecerit ut retineretur. si. si puta eum detinuit. nullum ei predicta hec exceptio. Item si funem qis domestico impedito non uenit debet ei exceptio dari. Item neque si messium uindemiarumque tempore adusarium cogat ad iudicium uenire. ordine diuini artis exprimit. quia occupatio ecclesie rem rusticam in forum compellendi non s. Vel si prior aut pignoratam aut socor